

φύλαξ

Supra I 262 et 265 eam vocem ex **bhu-l-*, cui φωλεός „Schlupfwinkel, Lager wilder Tiere“ (Hofmann s. v.) < *bhō[u]-l-*, v. nord. *bōl* „Lager für Tiere und Menschen“ (ibid.) responderent, natam esse diximus. *Custos* igitur is est, qui pro aliquo loco *excubans* circumiacentia speculatur. Quo pluribus argumentis ea interpretatio nitatur, praeter ea, quae l. l. attulimus, et praeter lat. *excubiae* ea memoranda videntur, quae Buck, Synonyms 1042 memorat: „NG κοιτάζω, look, look at, deriv(ated) of κοιτή . . . in the meaning 'observe' . . . reflecting Hellenistic κοιῶ 'keep guard'; attested in Hellenistic c(om)p(oun)ds used as military terms . . . and the use of κοιτή as a military term for the quarters of the 'guard, watch' (κοιτή τῶν φυλακιστῶν in pap. of 3d. cent. B. C.; κοιτή alone in Aen. Tact., etc.)“.

Ab ea significatione non procul abest ἐρκατή· φυλακή, quae vox ab ἐρκατος· φραγμός separari non potest: hic notio loci saepi dominatur, quae proxima est gr. φωλεφ.

Ljubljana.

M. Grošelj.

DE USU QUODAM PARTICIPII PRAESENTIS

De usu participii, quo non subiectum actionis sed res in qua actio efficitur denotatur, A. Debrunner, Verschobener Partizipialgebrauch im Griechischen (Mus. Helv. I [1944], 31 sqq.) copiose disseruit. Huius usus, quem locutio francogallica „*café chantant*“ repraesentare solet, illustrandi causa hic mihi aliquot exempla ab ipso allata repetere liceat: Procli Chrest. Gramm. (Scriptores metr. 234,1) τὰ περιέχοντα „argumentum“, cf. NT I Petr. 2, 6 περιέχει ἐν τῇ γραφῇ; Aesch. Ag. 1078 sq. τὸν θεὸν καλεῖ οὐδὲν προσήκοντ' ἐν γόοις παραστατεῖν deum vocat, quem querimoniis astare non decet“; Soph. Oed. Col. 977 ἄκον πρᾶγμα „opus, quod non libenter fit“. Item usurpantur: ὁ ἐπιβάλλον „der, dem es zusteht“, τὸ εὐρύσκον (εὐρόν) „der erzielte Preis“, τὸ αἰροῦν (μέρος) „der darauf entfallende (Teil)“, τὸ λαχὸν μέρος „der erlostete Anteil“, τὸ συνειδός = ἡ συνειδησις, ἐπίδηλος „einer, an dem etwas sichtbar wird“.

Exemplis l. c. praeibitis hos duo quoque locos adicere velim: Leont. Vita Ioann. 23, 22 (ed. Gelzer 1893) κερᾶμια ἐπιγράφοντα „Méli πρωτεῖον“, qui locus sic Latine reddendus est: vasa, quibus inscriptum est „mel eximium“, et Anon. Antiq. Cpol. Bandur. Imp. Orient. vol. I p. 12, F (Stephani Thes. Gr. linguae s. v. γράφω) Ἰστανται δύο στήλαι Ἑλένης καὶ Κωνσταντίνου καὶ σταυρὸς μέσον αὐτῶν γράφων, Εἰς ἅγιος, εἰς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς ἀμήν, quem sic interpretor: crux . . . in qua scriptum est etc. — Indicativum quoque verbi γράφειν vi intransitiva adhibitum invenire possumus ibid. p. 15 D Πυξίον μικρόν, οὐ ἐν τῇ κερφαλῇ ἔγραψεν, Ἀφροδίτης παρθένου ἱεράς οὐδὲ θανούσα χωρίζομαι.

Hos locos simillimos esse apparet illi Latino, quem M. Grošelj, Philologa I (Dissertationes Classis II Academiae scientiarum et artium Slovenicae I [1950], 127 protulit ex Agnelli Lib'ro pontificali ecclesiae Ravennatis (edd. Holder—Egger, Mon. Germ. SS rer. Langob., Hannover 1878, 27 p. 291, 30) *l u c e r n a m* cum cereostato ex auro purissimo tectit . . . una cum sua effigie scenofactoriae artis factam infra orbita et per in giro *l e g e n t e m*: „Parabo lucernam etc.“

Ljubljana.

E. Mihevc.